Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicens. Congregaa ad me popu
lum ut audiat sermones meos
et discat timere me omni tempore
quo viuunt in terra. docebantque filios
suos. Et accessistis ad radices
montis qui ardebat usque ad celum
erantque in eo tenebre. nubes. et ca
liginis. Locutusque est dominus ad
uos de medio ignis. uocem uerborum
eius audistis. et formam penitus
non uidistis. et ostendit uobis
pactum suum quod precepit ut
faceretis. et decem uerba que scripsit
in duabus tabulis lapideis mihi
que mandauit in illo tempore ut do
cerem uos ceremonias et iudicia
que facere deberetis in terra quam
possessuri estis. Custodite igitur
solicite animas uestras ne uidis
tis aliquam similitudinem in
die qua locutus est uobis dominus
in oreb de medio ignis. ne forte de
cepti faciatis uobis sculptam si
militudinem. aut in ymaginem
masculi uel feminae. similitudinem
omnium iumentorum que sunt
super terram. uel auium sub celo
volantium atque reptilium que
mouentur in terra siue piscium
qui sub terra morantur. Ne quis
se forte oculis eleuatis ad celum
uideas solem et lunam et omnem ar
mam celi. et errore deceptus adorei
et colas que creauit dominus
deus tuus in ministerium cunctis gen
tibus que sub celo sunt. Vos autem
tulit dominus et eduxit de fur
nace ferrea egypti ut haberetis po
pulum hereditarium sicut est
hodie. Iratusque est dominus

contra me propter sermones uestros
et iurauit ut non transirem iorda
nem nec introderem terram opti
mam quam daturus est uobis
Ecce morior in hac humo non tran
sibo iordanem. uos transibitis et
possidebitis terram egregiam.
Caue ne quando obliuiscaris pacti
dominum dei tui quod pepigit tecum
et facias tibi sculptam similitudi
nem eorum que fieri deus prohibu
it. quia dominus deus tuus ignis
consumens est. deus emulator.
Si generaueris filios ac nepotes et
moratus fueris in terra deceptique feceris
uobis aliquam similitudinem pe
cantes in malum coram domino de uo
ut eum ad iracundiam prouocetis
testes inuoco hodie celum et tram
ite uos peribitis esse de terra quam tran
sito iordanem possessuri estis. Non la
tabitis in ea longo tempore. sed de le
bit uos dominus. ibique seruietis
dis qui hominum manu fabricati
sunt lignis et lapidi. et non uident
nec audiunt non comedunt nec
odorantur. Cumque quaeueris ibi
dominum deum tuum inuenies eum
si tamen toto corde quaeris et tota
tribulatione animae tue postquam te
inuenerint omnia mala que p
dicta sunt. Nouissimo tempore re
uertaris ad dominum deum tuum. et audies
uocem eius quia deus miserator
dominus deus tuus est. non dimittet te
nec omnino delebit neque obliui
scetur pacti quo iurauit patribus
tuis. Interroga de diebus antiquis
qui fuerunt ante te. ex die quo c
auit dominus deus tuus hominem

104